



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## M V R N E R I.

uobis fuisset a probitatis & honestatis semitis non aberrare,  
non in hunc euangelicum ordinem ueroissetis, in quo calices  
furari summus est honos.

Quibus nouem præmissis conclusionibus sufficiēter pro-  
batus credo, qmnes eos qui hanc faci temeritatem uirtute  
uerborum dei fecisse se gaudent, aut quibusuis per eos alle-  
gatis iuribus, furta eiusmodi & rapinas colorando defen-  
dendo fures sunt & raptore patibulis gladio & alijs publicis  
iuditijs subiecti.

Sequuntur conclusiones octo deficitis & excogita-  
tis causis, & famosis infamibusq; titulis euange-  
licoꝝ fœnam & raptorꝝ, cum quibꝝ maxima eorꝝ  
malefacta fucant colorant & defendant.

## C O N C L V S I O X.

Famosus est qui reformationis titulo sua sententia sola insti-  
tutum cultum diuinum destituit auffert & delet, & quod om-  
nes tangebat sua temeritate deformat & approbat, plus uale-  
renon animaduertens, quod re ipsa facit, quam is quod ab  
eo simulata mente concipitur.

Alij euangelici quum ab eis sciscitatur, quare diuinū cultū  
destituitis, aiunt se eundē in melius reformare & non delere,  
qui nū tam estā mente alienus, qui crederet diuinū cultū ha-  
ctenus obseruatū, a conciliis & tota Christianitate à xij. apo-  
stolis, ~~la~~ Etis pontificibꝝ dei martiribꝝ institutū & auctū, pei-  
orem esse hijs cantiunculis & cantilenis iam ab euangelicis si-  
mijs in ecclesia decantatis. Etiam si uerba bona sint, est tamen  
melodia aliquando de Theodorico Veronen. aut Hiltepran-  
do ueteri, aut cantilenæ fabarū, neq; sunt humanæ excogita-  
tiones quicquid effecerint ipsi, at ea quæ fecere sancti dei, hu-  
manæ sunt inuentiones.

De nostro totiꝝ Christianitatis diuino cultu ita iura dicūt,  
sed nouo iure pro tali iniuria uerberat aut in exiliū mittitur.

Tt

## A C T A

Sed si sacra ministeria turbauerit, uel celebrare prohibuerit, capite puniat C. de episco. & cle. Sed nouo. Et ideo missam abrogantes, & septem canonicas horas deletes, infames sunt quod publicis iuditij præcipiantur puniri. Simile huic habetur in Auten. de sanc. episco. pa. Si quis.

Quis ergo uobis demandat diuinum cultum a communi Christianitate institutum, uestro priuato iudicio leuare & auferre, contra iuris regulam. Quod omnes concernit ab omnibus approbari debet. Dere. iur. li. vi.

Quare ergo in propria causa iudex es tu, quum comunia ista id uerent. Ne quis sibi sententiam dicat C. Ne quis in sua causa. Generali lege decernimus neminem ubi esse iudicem uel ius sibi dicere debere. In re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiā tribuere sententiae. An nescitis nullam uos sententiā dicere debere nisi in partium præsentia, aut ubi partes contumaciter abessent sed e iudic. le. de uno quoque, & le. cotumacia. Ideoque non debuissetis uos in totius Christianitatis præiudiciū sic tulisse sententiam.

Quum met ipsi ignoretis quid reformare debeatis. Primo equidem missam mutastis ut non esset sacrificium. Secundo nouum finxitis canonom cum ueteris reiectione. Tertio quo deuotius missam celebrem haberetis, germanas missas legebatis, latinas abrogando. Quarto populū monuisseis sub utra spe corporis scilicet & sanguinis Ihesu Christi comunicare, sicque missam toties reformastis, donec illam cum alia negatione præsentis Christi ex toto deleretis ut supremā blasphemiam. Sic & greci Troiā reformarunt, & Titus ac Vespasianus Hierosolymam, Romamque ciuitia bella.

Eius me monet uestra reformatio (ut exemplo dicā) quale apud Aesopū reperio, lupū scilicet anseres reformare uolentem reuincto sacco post tergū, dextra cœlum indicabat anseribus aditū pādens doctrina salubri, sinistra uero anserem iugulans in saccum detruudebat. Dextra baptismū docebat lavy crux

## M V R N E R I.

erum esse regenerationis humanae, sinistra iterū uno appre-  
hendo ansere in saccū ponit, quo usq; hā falsa demonstratiōe  
omnes anseres in saccum a tergo reuinctū collegit. Ita & uos  
euāgelici lupi dextra Canonē indicatis alterandū, sinistra ca-  
lices furamini & missarū casulas, dext̄a docetis missam ger-  
mano sermone legendam, sinistra redditus & missarū census  
furamini. Dextra ostenditis uenerabile sacramentū panem  
dum taxat esse pistoriū, sinistra monstrantias, acerras, & au-  
reas atq; argenteas cibas depredamini. Credo uos non tam  
esse incogitantes quin me uestrā reformationē plane intelligi-  
gere uideatis. Non debet cum ostensione liciti illicitū perpe-  
trariſſ de Oſſ. preſi. i.e. illicitas pař. Ne tenuis. Falsa enim de-  
monstratio non potest ueritatis substātiā permuteare C. de  
præci. impe. offe. Cum falsa. Neq; ullus in hoc mundo intel-  
lectus capere potest. ut furari, rapere, incendere, latrocinari  
reformationis nomen mereantur.

## C O N C L V S I O XI.

Famosus est qui pīarū cauſarū fūco erogationis felicet ele-  
mosinarum redēptionis captiuorum, alimētorū paupe-  
rum, de aliēna substātia non sua dominū honorat, & res  
sacras prophano iudice distrahit.

Vertiſ ſuas fāpinas & furta elemosinarum erogatione de-  
fendunt, ſicut ſe ludas ungenti effuſione cōmendabat, non  
quod ſe ipſis aut certe ludae de pauperib; curā erat, ſed ut  
euāgelium recenſet, quia fures erant & loculos habebant.  
Nunc autem nō licet facere malum ut bonum indeſequatur,  
xiiij. q. v. Elemosina. Ad Ro. Et ſicut aiunt quidam nos dice-  
re, faciamus mala ut ueniant bona. Quorum damnatio iusta  
eft. Et nemo niſi uniuersus orbis nouit, non multū gaudere  
pauperes de ipsorum erogatione. Docetq; Salomon de pro-  
pria & non aliena substātia dñm honorare, Prover. iiiij. Di-  
cītq; Thobias, de tua substātia da elemosinā Thobiae iiiij.

Tt ij